CLEMENS PAPA VIII.

AD Perpetuam Rei memoriam. Romanum decet Pontificem Ecclesiarum indemnitati opportunè prospicere, et ne ex gratijs per Apostolicam Sedem quãdoq; concessis, aut concedendis, præiudiciũ aliquod illis inferatur, prouidere, prout in Domino salubriter conspicitur expedire. Cum itaq; nos aliquando nonnullis particularibus personis, vt habitum deuotionis nuncupatum, Hospitalis Sãcti Ioannis Hierosolymitani suscipere, ac omnibus gratijs, priuilegijs, & indultis, quibus alij fratres de deuotione eiusdem Hospitalis, vtuntur, fruuntur, & gaudent, frui, poteri, & gaudere possint, & debeant, concesserimus, & indulserimus. Cum itaq; tam ij, quam alij, à dilectis filijs Magno Magistro, & conuentu eiusdem Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymatani ad habitũ fratrum de deuotione admissi, & recepti prætendant se á Decimarum solutione exemptos esse, ac alijs priuilegijs & fori gaudere debere. Nos Ecclesiarum indẽnitati consulere, ac alias in præmissis opportunè prouidere volentes. Motuproprio, & ex certa nostra scieucia, ac matura deliberatione, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine, harum serie perpetuo decernimus, & declaramus quoscumq; qui actenus habitũ de deuotione dicti Hospitalis, tam ex speciali nostro,

&appostolicæ sedis indulto, quàm ab ipsismet Magistro, & conuentu eiusdem Hospitalis susceperunt, aut in posterum quandocumq; suscipient, & si in literis nostris, aut protempore existentis Romani Pontificis super huiusmodi hauitus susceptione, & in forma Breuis expeditis, vel expediendis, quod omnibus, & singulis priuilegijs, gratijs, indultis, exēptionibus, prærogatiuis, & prœeminentijs, quibus alij eiusdem Hospitalis fratres de deuotione, aut alias vti, frui, potiri & gaudere solēt, et possunt, ac poterūt, quomodolibet in futurū, sine aliqua differētia, frui, potiri, & gaudere possint, & debeant specialiter, ac nominatim cōcessum fuerit, nihil ominus nullis omnino gratijs, ac priuilegijs, & fori ac exēptionis, à solutione decimarum frui, ac potiri debere sed ad solutionem earūdem decimarum, in omnibus & per omnia teneri, & obligatos esse perinde ac si literæ huiusmodi eis concessæ non fuissent, aut ipsi habitum huiusmodi non suscepissent, ac prædictas literas, tā concessas, quàm concedendas, illis quoad gratias, & priuilegia, ac exēptiones huiusmodi nullatenus suffragari posse, perinde ac si minimè emanassent, sicq; & nó aliter per quoscūq; iudices ordinarios, & delegatos, & causarum Palatij Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales iudicari & diffiniri debere, ac irritū, & in nane, quidquid secus super super hijs à quoquam, quauis authoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa venerabilibus fratribus Toletāñ. & Hispaleñ. Archipiscopis, ac dillectis filijs nostro, & Apostolicæ Sedis in Regnis Hisqaniarum, Nuntio, & causarum Curię Camerę Apostolicę generali Auditori per præsentes commitimus, & mandamus, quātenus ipsi, vel qui cumq; illorum præs ntes literas, & in eis contēta,

quæ-

quæcumq; vbi & quando opus fuerit, & quoties pro parte cuiuſcumq; Eccleſiarum Præſulis, aut Capituli vel perſonæ Eccleſiaſticæ, ſecularis, vel cuiuſuis ordinis Regularis fuerint requiſiti ſolemniter publicates, eisquè in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra præſentes literas debitæ executioni demandari. Contra dictores, quoſcumq; per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſt poſita compecendo, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachi ſeculatis, non obſtante fælicis recordationis Bonifacij. Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de vna & in cōcilio generali ędita deduabus dietis dūmodo vltra tres dietas, aliquis auctorita te præſentium ad iuditium non trahatur, alijsquè conſtitionibus, & ordinationibus, Apoſtolicis ac dicti Hoſpitalis Santi Ioanis Hyroſolimitani, & juramento confirmatione Apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & coſuetudinibus priuilegijs quoq; indultis, & literis Apoſtolicis eidem Hoſpitali illiusq; Magno Magiſtro, conuentui, ac fratibus, & ipſis met de deuotione nūcupatis ſub quibuſcumq; tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam de rogatoriarum derogatorijs alijſq; efficatioribus, & in ſolitis clauſulis, ac irritātibus, & alijs decretis in genere, vel in ſpetie, ac alias in contrariū præmiſſorum, quomodolibet conceſſis comfirmatis & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus, pro expreſſis, & ad verbum in ſertis habentes hac vice dum taxat ſpetialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſq, contrarijs quibuscumquè volumus autem quod pręſentium trans ſumptis manu alicuius Notarij plublici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonę in dignitate Ec-

 Eccle-

Ecclesiastica cõstitutę munitis, eadem prorssus fides ad hibeatur, quæ ipsis præsentibus ad hiberetur, si forent exibitę vel ostensę. Dat. Romæ apud Sanctum Marcũ sub Annullo Piscatoris Die XXvij. Iunij M. Dcij. Pontificatus nostri anno vndecimo.

M. Vesticus Barbianus

Breve paraq̃ dela orden de San Juan diegmeri